



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Puellæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

ab occasionibus, in quibus prævidit eos fore infelices: & pete, ut iis det gratiam congruam perveniendi ad statum, in quo salvabuntur. Reflecte etiam ad pericula, in quibus tu ipse in tali ætate fuisti, & age Deo gratias; quòd in & à tam multis adhuc sis præservatus.

Puella.

TU scis Domine, (ajebat Sara) quia nunquam concupivi virum, & mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia. Nunquam cum ludentibus (lascivè) miscui me, neque cum his, qui in levitate ambulant, participem me præbui, virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensu suscipere. Tob. 3. Felix puella, quæ idem coram Deo contestari potest. Hac fuit iniquitas Sodoma, superbia, saturitas panis & abundantia, & otium ipsius & filiarum ejus. Ezech. 16. Hoc adhuc multas facit puellas lascivas.

Mulieres.

Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum, & hauriet jucunditatem à Domino. Prov. 18. Inveni amariorum morte mulierem, qua laqueus venatorum est, & sagena cor ejus, vincula sunt manus illius, qui placet Deo, effugiet illam, qui autem peccator est, capietur ab illa. Ecce hoc inveni unum (scilicet, quod jam dixi de illecebris mulierum) & alterum, ut invenirem rationem (cur scilicet difficilius sit probam & prudentem